Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fecidem dicit enim Aug. Si dili
gis terram terra es. Iste vero totam su
am intencionem ponit ad terre figurati
onem que mixtione aque putata re
digeretur in pulverem vel cinerem propter
quod cor figuli dicitur cinis et terra
supvacua unde format ydola
Spes illius quia de hoc sperat
vivere. Ideo subditur Et luto vilior
vita illius que ordinatur ad lucrum
ex luto sicut ad finem et finis presta
cior est hiis que sunt ad finem Et cau
sa huius erroris subditur Quoniam ignora
vit eum qui se finxit scilicet deum qui in
formacione corporis actor est principalis
Et qui inspiravit illi animam solus
infundendo eam per creacionem et animat
que operatus est scilicet ydola et qui
insufflavit ei spiritum vitale scilicet deum
ignoravit et est repeticio eiusdem
quod dixit Et qui inspiravit illi ani
mam per alia tamen verba quia dicitur anima
in quantum corpus animat Spiritus vero
in quantum superius vacat sed estima
verunt ydolatre dicti lusum esse i. car
nalem delectacionem vitam nostram
Unde in persona talium dicitur 2° capitulo
ubique relinquamus signa leticie
quoniam hec est pars nostra Et conversacionem
vite humane compositam ad lucrum
Unde 2° capitulo subditur in persona ta
lium Opprimamus pauperem iustum
nec parcamus vidue rapiendo
bona eorum Ideo subditur et oportere
undecumque eciam ex malo acquirere
hec dicebant homines de vita alia
non sperantes cuius erroris fuit Sy

monides dicens quod decet mortalem
mortalia sapere de quo reprehendit
eum philosophus 10 Ethicorum eo quod homo
secundum intellectum est quid immortale
et divinum Ex quo concludit philosophus
quod homo se debet ad immortalia et eter
na trahere quantum potest pro cognicione et
amore Et concludit philosophus de su
perbo dicens Hic enim scit i. debet
scire se super omnes ydolorum fictores
delinquere qui ex terre materia etc.
Nam tam vilis est quod nullus de
bet ignorare quod deus non potest fieri
ex ea. ¶ Omnes enim Post in
veccionem contra ydolorum fictores
hic consequenter ponitur invectio contra
eorum cultores et dividitur in duas partes
quia primo ponitur invectio contra
cultores ymaginum 2° contra cul
tores animalium ibi Sed et animalia
Circa primum dicitur Omnes insipi
entes et infelices i. ydolatre de
deo male sencientes et a felicitate
vera deviantes Supra modum
anime sue i. plus quam valeant Sup
bi sunt de se presumentes i. inimi
populi tui opprimendo cultores dei et
imperantes illi Tempore namque
philonis Gayus erat imperator
romanus et misit statuam suam
per orbem ut adoraretur in ea tamquam
deus ut dictum est 2 libro capitulo Et intulit
de cultoribus multa gravamina
Quoniam omnia ydola nacionum deos
deos estimaverunt scilicet romani ut
dicit leo papa in sermone de beatis
apostolis Petro et Paulo quod Roma